






Deus aliud solus & inde solus petere
 debet, quos partem nobis dicitur par-
 tim etiam mater obitus affectus delectatio-
 nis et regnum exemplum pietatis modestis
 ac docentis, ut & patientia respicit. Quae de
 solus est partem laboribus est. Quae
 Accidit, ut utriusque ac utriusque honor,
 quae exemplum est, tamquam opus ac pie-
 tas illius, quantum est potest, prolixo ac cu-
 mulato solvitur. Quocirca cum illud H-
 lictor ex aliis partibus acque post con-
 clusum sanctum spiritum intra unum ad-
 latus manere essentium contemplatis partem so-
 luti characteris: officio inveniunt interalle-
 di sunt in scriptis vos tunc sumus operari
 honorum PP. ad d. XLV. Januarii anno re-
 cipere gratia M DC LXXII.



XVIII a

6



MUSÆ FUNEBRES,

Quibus

CLARISSIMI VIRI,

JOHANNIS
AVENARII,

J. U. L. & Eloquentiæ in Electorali ad Al-
bin Acad. Prof. P.

O B I T U S

DEPLORATUR.



WITTEBERGÆ,

Ex Officinâ Typogr. JOHANNIS HAKEN,

ANNO M DC XXXIII.



MUSSE FINGERES
CHRISTINI NRI
JOHANNIS
A VERNARI
J. U. P. & Florentina in Elefantia ad A.
O W Y W
DEPOTORATUR
WITTEBERG
ERONIA JUDICI JOHANNIS HAKEN
ANNO M DC XXIII





Siccine, AVENARI, discedis, morte peremte,
Ante diem, nostræ fama decusque Scholæ!
Sed bene! Nunc inter justos es justus, & astra
Efficis Astrææ splendidiora Deæ:
Intereaque capit placidam tuamassa quietem
Carnea, servatur Spiritus arce poli,

JACOBUS MARTINI SS. Theol. D.
Prof. & Senior.



Quem Themis, & generis nomen, quem Suada celebrant;
Quem Pietas nunquam contemnerat a probat:
Hunc subitæ mortis consuetâ falce resectum
Luget demeritum Leucoris alma Virum.
Non obiit tamen ille sibi, sed in æthere perstat,
Et fama in terris non moritura manet.

Gottfr. Reuter D.



Tandem etiam miseram vitam & mortalia regna
Linqvis, AVENARI, & sic ad cœlestia tendis,
Felix sorte tua. Nam quæ non tristia posthac

Vidimus, & quæ non gemebundi adversa time-
mus ?

Jovæ charus eras : ergo te tristibus istis
Ereptum in Coeli felici sede locavit.

DANIEL SENNERTUS D.



SI virtus, candor, doctrina, modestia possent
Aspera pallentis frangere tela necis,
Noster AVENARIVS rigida nondum ossa dedisset,
Ante diem nuper contumelatus, humo,
Tamq̃ cito pede non esset comitata maritum
Datibus ben raris, ANNA, decora, suum.
Verum qui potius est fatale evadere mortis
Tempus? qui, quod vult Iova, inhibere potest?
Scilicet è Mundo, quos diligit, evocat ille,
Ne madidis oculis tristia damna gemant.

Joan. Georgius Pelshofer, D.



NOMEN AVENARI, studium, doctosque labores
Mirata est nostræ gnava Juventa Scholæ,
Donec in hoc studio nobiscum viveret. At nunc
Transit ad sedes quando beatificas,
Non modò miratur, verum & desiderat; & se
Non illo queritur posse docente frui.

Sed

Sed bene habet. Monumenta illius docta supersunt;
Vivit & in scriptis Optimus ille suis.
Optima sed vita est, quam vivit in æthere, Sanctæ
Conspetu Triados colloquioque fruens.
Nos quoque currentes metam tendamus ad istam,
Nos ubi per CHRISTUM parva Corona beet.

M. Erasmus Schmidt, Græc. &
Mathem. Prof.



SI doctæ Musarum artes, si verba diserta,
Et prudens nivei simplicitas animi,
Instantem cuiquam possent defendere mortem
Et rigida obscuri fata cavere rogi,
Non te AVENARI nunc ploravimus ademptum,
Cum quo tot nobis bene! bona rapta jacens.

Augustus Buchnerus, P. P.



CUM, CHRISTO vitâ Pauli existente JEHOVA,
Mortis imago lucrum Paulo sit, nonne, tumultu
Terribili Bellonâ urbes pagosque domosque
Crudeli passim tot devastante, premente,
Cum letho vitam æternam turbisque quietem
Commutasse lucrum est majus? Mors invida sic cum
Nuper HABERMANNUM Themidos Suadæque medullâ
Et Pietate simul præclarum funere merfit,
Nullum in morte malum aut damnum hac sed vita lucrumque.

Æternum JANUS vivit vivat bene vivet,
Ereptus quoniam terris colit astra caducis,
Morte lucro & CHRISTO vitâ existente, beatus.

M. Reinholdus Franckenberger Histor. P.



Quem modo vis Latii, Iurâq; peritia claram
Integritas vitæ, candorq; fidesq; probata,
Per varios mundi tractus cum laude ferebant,
Nunc jacet in tumulo cum fidâ conjuge, rara
Quæ pietatis erat speculum. Sic diva voluntas,
Quos vitæ socios, sinceri exemplar amoris
Fecerat, hinc exire simul voluit, mala mundi
Alter ne solus sufferret. Sic regit alma
Dextra Dei vitas hominum, mortemq; piorum,
Sed vale, Avenari, sophiæ decus immortalis,
Te beat in cælo requies sine fine perennis,
O cito nos societ cælestis gloria. Fias!

M. Johannes Scharfius, Log. & Metaph.
Prof. Publ.



IN terris Mars & steriles dominantur avenæ;
in cælis mera pax plenaque messis erit.
Pacis Avenari hoc messisque perennis asylum
firmum cœlicolas dum petis inter ovans,
eximere ô quantis lacrimis turbisque! JEHOVÆ
quas nisi dextra potens nil relevare potest,

Ergò

Ergò cœva Patris tu dextera, dexteræ & astes,
CHRISTE, Ecclesiolæ nunc miserere tuæ.

in epidemio mœrore f.

M. Gottfridus Olcarius, Fac. Phil.
Adjunctus.



TV nos Avenari miserabiles
Inter relinquis, cum Babylonius
Mars & meretrix diritatem
Mortis & exilii minantur.
Illustri in æthrâ sedis Olympiæ
Nunc te manebunt omnia gaudia
Inter beatorum angelorum
Agmina pura animasq; sanctas.
Tendemus isthuc nos quoq; post mala
Ut deinde simus participes poli.
Hæc meta vita, sedulo ad quam
Dirigitur scopus omnis ævi.

M. Conradus Barthels Halberstad,
Fac. Phil. Adjunct.



Pectora non raro suadendo adamantina vicit,
Qui fluit eloquii dulcis ab ore, sonus.
Sola adamanteo quondam sancita rogatu,
Mortis lex ullis frangier haud potuit.

Testis

Testis Avenari mihi sis: sit Tullia Peitho
Argolicus testes Neleidesq; senex.
Mortis enim feritas ac irrevocabile fatum
Te rapit, & nihili verba diserta facit,
Sic perit humanum quicquid: sed sola polari
Vivum te Pietas collocat alma throno.

Contestanda cupit, ergo fecit
M. Jacobus VVeller Neuk. Variscus,
Facult. Philos. Adjunct.



EPITAPHIUM,

En Nemesis æternum condolet!

Viv pius, Spectabilis, Eximius atque Clarissimus,

JOHANNES AVENARIUS, Eloquentiæ, inclutâ
ad Albim Electorali Academiâ, Professor Publicus, electissimus, Deo
sic disponente, unâ cum conjuge, in novissimo die surrecturus,
fatalem & decretorium diem obiit & placidè in Christo
obdormivit.

Puro Anagrammate redditum.

Vita quid? Umbra, dolor, periens nubecula, sumus,
Nulla, sonus nocte cum, rosa, tinnit, omnia!

Disce mori, vitam si discipis: Ille superstes
Semper erit, Mortis qui bene novit iter!
Mille vices mundi, medius color interit! age
Hic staccosus amor, cum pietate, DEI!
Dia, Sioncja, vacuo, data Xenia, celo,
Si pius es, mense, conditione beant!

Honoris ergo


Statueb. VVitteberge.

M. Johannes Hollenhagen / Hervordiâ. VVest-
phalus, SS. Theol. Stud.





JO
J. U. L. 8
MU
S
AL-
EN,



6

